



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor  
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum  
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliae Consultor,  
Coordinatus, Seu Omnes ...**

**Diana, Antonino**

**Lugduni, M. DC. LXXX.**

61. An Regulares prædicantes in suis Ecclesiis non petitæ benedictione ab  
Episcopo possint ab eo ouniti? Ex part. 7. tr. 12. & Misc. 3. res. 25. aliàs  
23.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76429](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76429)

tempore, quo ipse predicauerit. Adiunge quod et si sub illo Decreto Tridentini, Mendicantes comprehenderentur, non propterea necessaria esset acceptio benedictionis, sed sola presentatio cum petitione benedictionis, licet reculata: Nam in iure petita benedictio iniuste negata, censetur concessa; vt tenent Tamburin. *de iure Abbat. tomo 2. dub. 11. quaestio. 2.* & alij, quos citat Archang. Rom. *de priuileg. verb. Predicatores*, & Henriquez cum pluribus alijs quos citat *lib. 6. de Penit. cap. 13.* qui etiam asserit, hoc declarasse Sacram Congregationem Cardinalium 1597. cuius decretum his verbis refertur. Sacra Congregatio censuit, quod Regulares in Ecclesijs suorum Ordinum predicare volentes, non teneantur ab Episcopo licentiam obtinere, sed tantum à suis superioribus examinati personaliter Episcopo se presentare, ab eoque petere benedictionem; tamen si eam minime obtinuerint. Verum Urbanus Octauus Bulla inchoata, *Alias à nobis emanant*, in qua explicat quasdam facultates, quas per aliam Bullam Cardinali de Sandoual, priuilegijs regularium contrarias fecerat, sic omne dubium resoluit, Ad hæc quod in eisdem præsertis litteris dicitur, Regulares non posse verbum Dei predicare, sine Episcopi licentia; hoc sibi vendicare tantum in Ecclesijs, quæ sui Ordinis non sunt: cum in alijs sui Ordinis Episcopi benedictio petita, licet non obtenta sufficiat: ita tamen, vt si Episcopus non modo benedictionem simpliciter non concesserit, verum etiam Regularibus prohibuerit, quominus predicent: tunc illo contradicente in sui quidem Ordinis Ecclesijs, liceat illis predicare, quemadmodum S. Concilij Tridentini decretis salubriter est cautum. Ex quibus vides, quod posito, quod presentatio, & benedictionis petitio requireretur in Regulari, posset tamen illa non obtenta in suis Ecclesijs predicare.

2. Dices, ergo ex Urbani declaratione requiritur petitio benedictionis, & Tridentinum hanc regulari vt necessariam desiderat. Respondetur, ita esse in Regulari, qui non est ex aliquo Ordine Mendicantium; non autem in Regulari, qui talis est, alioquin contradictoriam interpretationem illi quam Pius vt supra dederat dicto decreto Tridentini, interpone-ret, quod non est credible. Accedit quod prædicta Bulla Urbani caret clausula reuocatoria iuris communis, & ex consequenti non adimit priuilegium in illo insertum. Plura de hoc decreto in sequentibus. Hucusque Brunus.

3. Sed hæc sententia pugnat cum praxi omnium Regularium fundata in Decreto Concilij Tridentini. Vide Lezanam in *summa qq. Regul. tomo 3. vers. concionari num. 6.* & Portellum Authorem ex Ordine Patris Bruni in *dubijs Regul. vers. Predicatores numero 1.* vbi sic ait, Regularis in suis Ecclesijs non potest predicare absque licentia sui Prælati, & benedictione Episcopi. In alijs verò Ecclesijs extra suos Conuentus non potest predicare absque licentia Episcopi. Trident. *sess. 24. cap. 4.* Qui verò absque tali licentia Episcopi predicauerit, poterit excommunicatione ferri, *cap. Excommunicamus 1. de hereticis §. Quia verò.* Illa verò excommunicatio ibi non est lata, sed ferenda. \* Sed nota, quod propter hoc solum quod Regularis predicauerit absque licentia Episcopi, non debet puniri ab Episcopo, sed à Prælato ita declarauit Congreg. Cardinal. sub Clem. VIII. Ita Portell. & ego cum communi Doctorum sententia.

4. Nota, Brunum vbi supra *cap. 3. propos. 4.* docere quod Regularis, etiam vbi Tridentinum viget, Episcopo presentatus, & ab eodem approbatus, vel

etiam indebitè reculatus, potest vbique in Ecclesijs predicare, etiam eodem contradicente; Et licet conatur hoc probare, & Concilium Tridentinum explicare. Sed ego sententiam meam circa præsentem questionem \* alibi explicauit; nunc tantum addam id quod sentit Portellus *loc. citat. num. 7.* sic asserens, Prædicator Regularis ab Episcopo iam approbatus, non potest predicare etiam in suis domibus si Episcopus id specialiter prohibuerit; Et hoc intellige si etiam si ipse Episcopus non prædicet: licet enim Pius V. in quadam Bulla declarauerit illam prohibitionem Episcopi solum tenere, quando ipse Episcopus prædicauerit: tamen Gregorius XIII. illud reuocauit postea in Bulla, quæ incipit: In tantarum, & reduxit ad terminos iuris communis. Et ita responderunt quinque Doctores consulti hæc de re Conimbricæ, anno 1610. Circa proximè dictam accedit declaratio Cardinalium, quæ loquens de Prædicatoribus sic ait: Hos, & quoscumque alios ab antecessore suo approbatos, à prædicatione poterit suspendere, (id est, Episcopus) Attendens tamen Episcopi propter quas causas id imperet. Volumus namque quod si illicitè iusserit, ad ius illis deferatur, & interim cessent. Sic ibi. Ita Portell. Lezana vbi supra *numero 7.* docet, quod si Episcopus suspendat Prædicatores Regulares, non tenetur causam exprimere, quare ad id moueatur, quod etiam docet Franciscus Leo in *Theol. fori Ecclesiastici. ci. part. 1. capite 8. numero 9.* & Barbosa *de prælat. Episcop. part. 2. allegat. 76. numero 22.* & omnia superius dicta me citato firmat ex decreto Urbani VIII. doctissimus, & amicissimus Ioannes Palafox Episcopus Angelopolitanus in *defen. Canon. part. 2. num. 59.*

## RESOL. LXI.

An Regulares predicantes in suis Ecclesijs, non petita benedictione ab Episcopo, possint ab eo puniri? Ex p. 7. tr. 1. 2. & Misc. 3. Rel. 25. alias 23.

§. 1. **O**lim negatiuum sententiam communiter Doctores tenebant, & ita docuit Hieronymus Rodriguez in *Compend. qq. Regularium Resol. 112. numero 3.* & alij, quos me citato addocet Bordonus in *Consl. Regular. Resol. 7. num. 21.* Sed ipse ibi etiam meritò aduertit, hodie stante Constitutione, *Inscrutabili*, &c. Gregorij XV. Regulares predicantes sine Episcopi licentia, & benedictione, etiam in suis Ecclesijs puniri posse ab Episcopo etiam per censuras, vt patet ex verbis Bulle Gregorianæ sic asserentis. *Ac demum habeat Episcopus tanquam dictæ Sedis Delegatus auctoritatem coercendi, ac puniendi quoscumque exemptos tam seculares, quam Regulares qui in alienis Ecclesijs, quæ suorum Ordinum non sunt, absque Episcopi licentia, & in Ecclesijs suis, aut suorum Ordinum, non petita illius benedictione, aut ipso contradicente predicare presumpserint.* Ita ibi Summus Pontifex. Quod etiam notauit Gauantus in *Man. Episcop. vers. Concio Sacra, numer. 17.* Lezana in *summa tom. 1. cap. 20. n. 3.* Rubeus in *Aphor. Episcop. ver. Predicatio, n. 2.*

2. Non desinam tamen hæc adnotare nostrum P. D. Augustinum de Bellis in *allegat. Hispano Idiome te corriptra* obseruare S. D. N. Urbanum VIII. Bullæ Gregorij XV. derogasse, Sic enim asserit §. 1. *num. 2.* [Dado caso que dicha Bulla estuuiesse recibida en España, aun no tiene fuerza, porque está reuocada ia per nuestro Sanctissimo Padre Urbano VIII. pot

Sup. hoc supra in Ref. 56. &c.  
\* Sup. hoc notato in Ref. seq. §. 2. ante mediū vers. Congregatio, & in alijs not. vlt. dictæ Ref.

# De Dubiis Regularium. Ref. LXII. &c. 41

por una Bula hecha à 13. de Maio de 1625. En que à instancia de todas las Religiones de España, confirmó, entre otros Privilegios, vn Decreto de la Congregacion de Concilio, traida, por el Barb. 1. *Past. alleg. 76. n. 24.* que dize assi. Congregatio Concilij censuit Regulares qui absque licentia Episcopi predicauerint in Ecclesijs, quæ suorum ordinum non sunt, tametsi Decreto eiusdem Concilij *sess. 5. c. 21.* contrafecerint, non posse tamen puniri ab Episcopo, sed tantum à suis Superioribus Regularibus. Esta Bula sobredicha de Urbano VIII. con todos los Privilegios, que confirma à Regulares, allase en vn librito impreso, y legalizado por orden del Eminentissimo Señor Cardinal Panfilio, entonces Nuncio Apostolico en estos Reinos de España. ] Ita ille. Sed Lezana & Gauantus cum Barbofa *de potest. Episc. part. 3. alleg. 76. n. 24.* Tamburinus *de iure Abbatum. tom. 2. disp. 11. q. 4. n. 3.* & alij, qui Romæ scripserunt de dicta Bula Urbani VIII. nullam faciunt mentionem.

3. Nota tamen quòd post hæc scripta, inueni Ioann. Antonium Nouarium *in summ. Bullarum p. 1. titul. de exemptorum priuilegijs. n. 51.* facere mentionem de dicta Bula Urbani VIII. relata à P. de Bellis, qui tamen addit, non ob stare, quin hodie Episcopi possint punire Regulares, quia dicta Bula videtur tantum localis lata pro Ciuitate & Diocesi Giennensi.

## RESOL. LXII.

*Av. vt Episcopus, possit etiam Vicarius Sede vacante punire Regulares predicantes in Ecclesijs sine licentia, & benedictione?* Ex p. 7. tr. 12. & Misc. 3. Resol. 26. alias 24.

§. 1. Negatiuè respondet Pater de Bellis *in dicta Allegatione §. 1. n. 3.* vbi sic ait [Aunque dicha Bula de Gregor. XV. estuuiessè recibida en España: Aunque no la huuiesse reuocada Urbano VIII. en fuerza della no pudo el señor Vicario general descomulgar à Fulano Regular, ni tuuo iurisdiccion para hazello: por que esta auctoridad concede la Bula solamente al Obispo, como à Delegado de la sede Apostolica y assi dize: Possit Episcopus tãquam sedis Apostolice Delegatus, &c. Mas es assi, que el Vicario de sede vacante no succede à la iurisdiccion delegada del Obispo, sino à la sola Ordinaria: luego no puedo tenello para descomulgar al dicho Fulano. Que el Vicario de Sede Vacante no succede à la iurisdiccion de legada del Obispo es opinion comun. ] Ita ille, qui plures citat Doctores, quibus ego addo Gauantum *in Man. Episc. ver. Capitulum sede vacante. n. 51. & 52.* vbi sic asserit. Succedit Episcopo in iurisdiccionẽ ordinariã non delegata & ideo vbi Concilium Tridentinũ committit aliquid Episcopis vti delegatis sedis Apostolice non potest Capitulum. Ita Gauantus, vide doctissimum Felicianum à Vega *in relect. c. ac si Clerici §. de Adulterijs. n. 50. & seq.* quicquid distinguit Molina *de iust. tom. 6. disp. 11. n. 8.* vt nominatim contra illum rectè obseruat Barbofa *de potest. Episc. part. 3. Alleg. 92. n. 17.*

2. Ex his oritur altera difficultas, quæ in praxi sæpius potest occurrere.

## RESOL. LXIII.

*An Vicarius Sede vacante possit suspendere, & ordinare, ne aliquis Regularis amplius predicet?*  
*Et an supradictus Vicarius Sede vacante possit reuocare*  
Tom. VII.

*re Confessores Regulares, & reexaminare?*  
*Et docent, quod in solo casu hæc sit possit Capitulum Sede vacante suspendere predicationem Regularibus*  
Ex p. 7. tr. 12. & Misc. 3. Resol. 27. alias 25.

§. 1. Ad hanc questionem laus respondet Pater de Bellis *in citata Allegatione*, ex qua ego aliqua deoptimi, est enim satis docta, & fauens Regularium Privilegijs sic itaque asserit, *part. 1. Asser. 11. n. 5. & seq.* [La iurisdiccion queda el Concil. Trid. al Obispo, que no puedan, Ipso contradicente, predicar Regulares, es con Exemptos, por y dicho Concilio: Augetur, & alteratur, su iurisdiccion ordinaria, luego es delegada, por lo que està arriba dicho, luego no succede à ella el Vicario, sede vacante, segun la opinion comun de todos los Doctores que traigo en la 3. Nulidad del otro papel.

2. Dira el fiscal: El Ordinario, tiene Iurisdiccion à Iure que Regulares no predicuen, Ipso contradicente, por el cap. Excommunicamus de Hæreticis: à la qual succede el Vicario, sede vacante, luego la que le dà el Concil. Trident. no es delegada, si no, Excitatio Ordinaria.

3. Respondo. A quel cap. habla de Predicadores Seglares, do los quales se hauiã hablado en el cap. precedente, segun apunta la Gloss. *ibi lit. I.* Mas, dado caso que hablata de Regulares: *Clement. V. c. adunum de sepult.* mas de 112. años despues que fallò el dicho, *c. excommunicamus*, lo reuocò: dando facultad à Regulares que pudieffen predicar con sola licentia de sus Prouinciales, i Generales; Y el Concil. Later. V. de nuestros tiempos del año 1516. confirma lo mismo de Clemente V. De fuerte que el Obispo no tiene mas Iurisdiccion à Iure; i ordinaria, con Regulares en materia de la predicacion si no la del Concilio, la qual es delegada, como es aprouado.

4. Dira: La Iurisdiccion de approbar Confessores Regulares la manda tambien el Concil. Trident. *sess. 23. cap. 23.* al Obispo, i sin embargo es constante que la tiene tambien el Vicario, Sede vacante, luego será lo mismo de la licencia de predicar.

5. Respondo, ser diferente el caso: porque dicha Iurisdiccion para aprouar à la Confession Regulares, compete al Obispo de Iure, por la *Clem. misma dudum de sepult.* Y assi la que se le dà por el Concilio no es delegada, sino excitatio Ordinaria. *Abb. in c. licet num. 3. Felin de off. ord. num. 1. Anchar. in cap. Cum qui de Reg. inr. num. 4.* à la qual Iurisdiccion de iure, i ordinaria bien succede el Vicario, Sede vacante. ] Ita ille.

6. Qui postea *Assunt. 2. num. 1. & seq.* magis confirmat hanc sententiam, & ideo asserit [Halta ahora se ha i uso, que el Cabildo Sede vacante, de iure comuni, no tiene Iurisdiccion para suspender à Regulares el predicar; i por si à calo alguna duda quedara, entran Privilegios à quitarla de toto; ni tan solamente quanto al predicar, sino tambien quanto al Confessar. La Santidad de Clemente IV. diò Privilegio à los Padres Dominicos: Ex parte vestra fuit nobis propositum, quòd dubitatis vti licentia vobis concessa ab Episcopo, Confessiones audiendi, & predicandi, Ecclesijs vacantibus, Præsentium autoritate concedimus, vt possitis vti tandiu dicta licentia, donec, viduatis Ecclesijs, prouisum fuerit de Pastore. Se alla en el libro de Privilegios, autentico de Padres Predicadores, *fol. 55. lit. D.* Otro semejante concediò el mismo Pontifice à Padres Franciscos, in Monumento Ordinis, *fol. 113. concess. 144.* Clemente IV.

7. A esto mismo vã la Bula de Pio Quinto, el qual manda, que la licentia de confesar que diò vti

D 3 Obispo